

SCIPION.  
GENTILIS  
IVRISCOS.  
De Bonis Maternis,  
ET  
De Secundis nuptiis,  
LIBRI DVO.


*Cum INDICE duplici, uno capitum,  
altero rerum & verborum.*



HANOVIAE,  
Typis Wecheliani, apud Claudium  
Marnium & heredes Ioan. Aubrii.

---

M. DCVI.



Illustrissimo, & Potentissimo

PRINCIPI

MAVRITIO

HASSIÆ

LANDTGRAVIO

S. P. D.

*Scipio Gentilis.*



Vo primum tempore, Illustrissime Princeps, data mihi copia est, propius cognoscendi, & alloquendi tui; ex eo tempore nunquam destiti cogitare, qua ratione insignie meum, atque ardens erga C. T. studium, animumque declararem. Sed non itidem fui in hac parte fortunatus. quippe deerat facultas, aut occasio. Commodissima quidem ratio, & vsitata literatis hominibus, illa est, inscribere aliquid operum suorum splendidissimo nomini eius, cuius sibi ad gratiam aditum facere aliquem cupiunt. Et am-

SCIPIONIS  
GENTILIS  
IVRISCONS.

De Bonis maternis & aduentitiis, Liber.

---

CAPVT PRIMVM.

*De causis patriæ potestatis.*

**V**SUSFRUCTVS, & legitima administratio, plenissimaque potestas, quæ parentes in bonis maternis & aduentitiis liberorum habent, tota pendent à patriæ potestate. Quæ maximè propria habemus, hæc tria sunt, in nobis quidem posita; Vita siue corpus, Libertas & Existimatio; vnum extra nos, Bona. Horum omnium est author Deus, secundum Deum parentes. Quæ de re insignis est locus Simplicii in commentario ad Epictetum; *Veteres, inquit, Romanorum leges, dum excellentia naturæ considerata, & laboribus, quos filiorum causâ paren-*

Etitium. ratio est, quia aduentitium peculiū  
 est in dominio filii, in patris autē duntaxat vſu-  
 fructu. *inst. per quas person. nob. adquir.* Nec ob-  
 ſtat, quod filioſ. patre viuo interdicta eſt rerū  
 aduentitiatum alienatio; nam id intelligēdum  
 eſt de alienatione volūtaria, non autem de ne-  
 ceſſaria, vel ob æs alienum. *l. vlt. §. filiis aut. C. de  
 bon. qua. li.* Sicut fundi dotalis alienatio lege lu-  
 lia interdicta eſt; ſed volūtaria, non neceſſaria.  
*l. 1. in princ. D. de fund. dotal. & alia ſimilia. l. alie-  
 nationes. D. fam. erciſo.* Sed an vſumfructum ta-  
 men pater retinebit dum viuut damnato filio  
 vel cedēte bonis? quod certe humanius eſt di-  
 cere; præſertim ſi filius decoxerit dolo malo;  
 id eſt, luxurioſe nequiterque rem prodegerit,  
 aut æs alienum contra SC. conſtauerit. *arg. d. §.  
 filiis. & l. ſi filius. C. de bon. proſcript.* Indignum e-  
 nim eſt, vt pater ob malā, id eſt, improbam vi-  
 tam filii ſui cogatur male viuere id eſt, miſere:  
 Nā (vt Ouidius alicubi ait) *genus eſt mortis, ma-  
 le viuere,* id eſt, miſere vitam ſuſtētare. Imo de-  
 coctoribus, vt & aliis delinquentibus non da-  
 tur beneficium ceſſionis Ergo uectali filioſa.  
 Imo nec beneficium tituli *D. Quando cum eo, &c.*  
 ei datur, ne videlicet in plus cōueniatur, quam  
 quantum facere poteſt. qua de re Parisius Car-  
 dinalis *conſil. 49.* multa & præclara tradit.

F I N I S.

I  
SCIPIONIS  
GENTILIS IC.  
Liber,  
DE SECUNDIS  
NUPTIIS.

CAPVT PRIMVM.

**M**ULTA extat in libris veterū Pa-  
trum, quos Ecclesia Christiana  
veneratur, cum virginitatis, tum  
verò maximè post primas nupti-  
as continentię & castitatis com-  
mendatio; à quibus vt verifi-  
mile est, imbuti Christiani Principes ita con-  
stitutiones suas temperauerunt, vt videantur  
quibusdam minus æqui secundis nuptiis fuisse,  
quas tam multis pœnis, cum prohibere eas pal-  
non auderent, tamen alligauissent. Alia longè  
Romanorum illorū veterum ratio fuit, dū Rei-  
publicæ consultum eunt, magna præmia matri-  
monii proponentiū, & contra cœlibibus & or-  
bis & viduis graues pœnas. Notissimæ enim  
sunt, vt alia taceā, leges Iuliæ & Papiæ, quæ diu  
in Republica viguerunt, donec Imperator Con-  
stantinus earū pœnas aboleret. *l. i. C. de infir. pœn.  
cœlib.* Sed de hoc argumento pluribus exposui in  
Commentario, què ad orationem D. Augusti de





DISPUTATIO  
DE ÆSTIMATIONE  
RERVM IN DOTE M  
*datarum.*

**R**es quæ in dotem dantur, aut æstimatæ vito dantur aut inæstimatæ, quæ diuisio seu distinctio passim occurrit in libris nostris. Res æstimatæ desinunt esse dotales quia earum loco succedit pretium quo sunt æstimatæ. Res autem inæstimatæ proprie dotales & sunt & appellantur, vt & fundus dotalis proprie dicitur, qui æstimatus non est, vt in *l. vnic. §. itaq; partus. Et §. qui fundus. C. de rei vxor alic.* Æstimatio enim illa nihil est aliud, quam emptio venditio. *l. plerumq; §. si ante. Et seqq. D. de iur. dot. l. cū fundus. 3. D. Locat. cum simil.* Quare & dominium earum rerum in Matritum, tanquam in emptorem, transfertur, & periculū & commodum omne ad eum pertinet, *d. l. vn. §. cum autem. Et l. cū dotem. D. de iur. dot. Et l. 1. C. de iur. dot.* actio ex empto vendito datur ex hac æstimatione, *dicitur l. Et l. quoties. D. de iur. dot. l. creditor. §. 1. D. de alic. empt. l. ex conventionem. 10. C. de pact.* Quæuis autem vera emptio venditio dicitur, in *d. l. plerumq;* tamen quædam sunt inter æstimationem, & vulgare venditionem differentia; quæ